

XIII. Nulla est præscripta poena aduersus eos qui liberas oblationes omittunt. Moltae vero sunt poenae quibus obnoxii sunt, qui oblationes necessarias, nempe decimas, legata, defunctorumque suffragia vel omittunt, vel elargiri Ecclesiae differunt. Nam in caput *Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesis, aut difficulter reddunt, tamquam egentium necatores, excommunicantur.* Eadem habentur in Conciliis Aquilgranensi, Agathensi, & aliis. Concilium vero Tridentinum *sess. xxi. de reform. cap. xi.* excommunicationis poenam vibrat in eos omnes qui bona, census, iura, siue feudalia, siue em-

phiteutica, fructus, & quacunque emolumenta quae ad Ecclesiam pertinent, in propriis uisus conuerterint; aut quavis arte, seu quocumque colore, usurpare, vel impedire, ne solvantur ministris Ecclesiae, praesumpserint, vel tentauerint. Qui admittunt ad oblationes, quae inter Missarum solemniam fiunt in altari, & excommunicatos a Papa, incurrunt excommunicationem maiorem; si tamen excommunicati fuerint denunciati. Interdicuntur vero ab Ecclesiae ingressu illi qui uisuales oblationes recipiunt ab excommunicatis excommunicatione maiori, vel interdictis non toleratis *ex cap. Episcop. de privileg. in 6.* Et hoc paucis dixisse sufficiat de decimis, primitiis, & oblationibus.

## LIBER QUARTUS DE QUINQUE ECCLESIAE PRÆCEPTIS.

DE QUARTO, ET QUINTO PRÆCEPTO,

nimirum de sacramentali peccatorum confessione, & communione  
quotannis facienda.

## DISSERTATIO PRIMA

DE PRÆCEPTO ANNUAE CONFSSIONIS.

**I**N tractatu de poenitentiae sacramento, solo calamo, prout rei magnitudo postulat, confessionis sacramentalis argumentum versabimur. Ibi illiusa Christo institutionem evindeamus, haereticorum errores prolixiabimus; atque tanti sacramenti notiones, & plura quae præcedere illud debent, & plura quae illud debent consequi, quo dignitate explicari sumus. In presentia itaque de his dumtaxat quae præceptum ecclesiasticum, quotannis peragendi sacramentum confessionem, spectant, sermo nobis erit.

### CAPUT I.

*Propositiones damnatae, & laxae recensentur.*

**Q**uoniam alibi, nempe in libro de sacramento poenitentiae, & haereticorum errores, & laxas opiniones descripturissimus; ideo nunc recedimus a nostra consuetamethodo præmittendi hac omnia culque tractatui. Verum, ne omnino uis ardeptam derelinquamus, duas tantum hac de

re propositiones ab Ecclesia damnatas circa confessionis præceptum, unamque & alteram propositionem, quae laxitatem sapere videtur, ob oculos ponere duximus consentaneum.

*Propositiones damnatae ab Alexandro VII.*

1. *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiae.* Haec in ordine ex damnatis est 14.
2. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit*

*cit confessionis præcepto; dicens, Commisit cum soluta graue peccatum contra castitatem, non explicando copulam.* Haec in ordine est 25.

*Propositiones laxae.*

Prima asserit, senes octogenarios non tenendi ad præceptum confessionis.

1. Verumtamen contrarium non solum probabile, sed certius mihi videtur. Ideoque tenendum profiteor, senectutem illam, ut pote octogenariam, quae fere semper homines ita simplices, & rationis reddit expertes, ut nihil a pueris differre videantur, ueluti hoc eodem anno pluribus ostendit, ab omnibus, & quibuscunque tam ecclesiasticis, quam diuinis legibus eiusmodi ætatis dære; & ratio est, quoniam eiusmodi ætatis senes, infantes pueri sunt. In Hippocrates ut refert Alphonsus a Ruizibus in medicina medic. *insepiet. Luminar. 11. fol. 65.* Ludovicus Vives *Libr. II. de Anima*, & alii a nobis relati *quest. proxime antecedenti*: quibus addenda sunt quae in eadem rem adducit Velafcus de privilegiis *miserabil. perfonar. quest. xviii. numer. 11.* Ergo, cum pueri ante septennium his legibus sint soluti, ueluti supra *ann. 7.* comprobauimus, etiam octogenarii liberi erunt. Cuius simile est quod scripsit Oligentis in *sum. 3. Quando consistendum, in principio*; & post eum Stephanus Casata in *repet. cap. Ad li. uina 8. 5. numer. 107.* Palac. Rubens in *cap. Omnis utriusque sexus, verbo, Postquam ad annos discretionis de poenit. & remission. scilicet ita senes, qui iam discretionem carent, ut sepe numero octogenarii esse solent, nec præcepto annuae confessionis, aut susceptionis Eucharistiae in Pascha teneri, eo nimirum, quod supra diximus, quia in eis eadem capacitatis deficientia, ac in pueris, militat. Igitur quemadmodum illi a quocumque præcepto ecclesiastico hac ratione reperuntur immunes, sic & illi esse debebunt. D. Didacus de Narbona in suo libro *de statu hominis &c. anno 80. quest. xv. numer. 2. pag. 682.**

2. Si quis solum haberet peccata cordis, videtur quod possit differre confessionem usque ad mortis periculum; cum de illis Papa nihil habeat iudicare; tamen, quia semel in anno est præceptum communicare, quod dignè fieri non potest sine confessione etiam de peccato interiori; tenetur talis infra annum confiteri. Item, quia confessio non potest diuidi, si cum peccato interiori habet exterius, de quo

potest Ecclesia præcipere, tenetur indiretè cum illo de interiori confiteri. Margarita Confessorum *verb. Confess. folio mlii 44.* Plures alias recensere non minoris laxitatis propositiones ad tractatum de poenitentia remittimus.

### CAPUT II.

*Ecclesia præceptum edidit, quod per se obligat omnes fideles ad sacramentum peccatorum confessionem singulis annis faciendam. Nominatè quæstionem hac de re enucleantur.*

**Q**uoniam in tractatu de sacramento poenitentiae ea omnia quae ad traditionem, & historiam confessionis sacramentalis pertinent, exhibitu sumus; ideo nunc plura, quae diuersis temporibus Ecclesia edidit, decreta pro confessione a fidelibus frequentanda, misa facimus. Olim enim ter in anno ad confessionem adstringebantur fideles. Porro summus Pontifex Innocentius III. in Concilio generali Lateranensi IV. anno 1215, celebrato hunc edidit canonem. *Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenierit, omnia sua peccata confessatur fideliter, scilicet semel in anno, proprio Sacerdoti, & inueniens sibi poenitentiam iudicat pro uerbis adimpletæ, suscipiens reuerentem ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum: nisi forte de consilio proprii Sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinentiam: alioquin & uiuens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & moriens christiana careat sepultura.* Hoc Concilii Lateranensis statutum confirmauit Tridentina Synodus *sess. xiv. can. viii.* his uerbis. *Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionem humanam a piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos ueriusque sexus Christianifideles, iuxta magis Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendam esse Christianifidelibus, ut non constituantur tempore Quadragesimæ; anathema sit.*

II. Durandus in *IV. Sent. dist. xviii. quest. xiv.* in controuersiam uocat, non constituto Concilio Lateranensi consilium fidei, & salubris adhortatio, uel præceptum. In id potius pendere videtur, quod consilium fidei non præceptum. Nil tamen decretorie statuit; sed dubitant, & iudicose loquuntur. Negare non audeat, Ecclesiam potestatem habere obligandi fideles ad sacramentum frequen-

quantiam; sed solum dubitat, an reipsa laicum sit præceptum obligans ad secretam confessionem, quæ, cum occulta sit, Ecclesiæ constare nequit, quinam confessus nec ne sit. Hæc durandi dubitatio nulla est. Quin Ecclesiæ, ut sibi de gregis sui salute constet, præceptum de annua tuit confessione. Quare omnes ad unum Theologi, & Canonistæ sustinent, Concilium Lateranense, præceptum impoluisse fidelibus omnibus, ut singulis annis proprio Sacerdoti peccata sua confiterentur.

III. Franciscus Suarez Tom. II. in III. part. disp. xxxvii. numer. 3. refert, quosdam Theologos docuisse, hoc præceptum non per se, sed per accidens obligare, ratione nempe Eucharistiæ percipiendæ. Et subdit in hæc sententiam ivisse S. Thomam in II. disp. xvii. quest. III. artic. 1. questionum. 4. & D. Antonium III. Part. tit. xiv. cap. xix. §. 3. Mirum est, doctum, & accuratum Theologum istius sententiæ patronos constituere Aquinatæ, & Antonium; cum ipsi in locis laudatis oppositum doceant, & communem Catholicorum sententiam apertissime propugnent. Nam S. Thomas in primis, recentia sententia Petri Lombardi, & Gratiani, qui ante Concilium Lateranense solum tamquam opinionem probabiliorē defendebant necessitatem confitendi peccata Sacerdoti, hæc scribit. *An sufficiat soli Deo confiteri, Magister, & Gratianus hoc pro opinione ponunt. Sed nunc post determinationem Ecclesiæ, sub Innocentio III. factam, hæresis reputanda est.* Tum more suo validam prodit rationem, cui præceptum ecclesiasticum nixum est. Hæc enim habet dist. xvii. quest. III. artic. 1. questionum. 1. *illa sacramenta, que ordinantur contra culpam, cum quæ salus esse non potest, sunt de necessitate salutis: & ideo sicut baptismus, quod delectur originale, est de necessitate salutis; ita & penitentia sacramentum . . . quod fit per confessionem peccatis: & ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccato actuale mortale incidit.* Conceptus pariter veritas eandem doctrinam docet in Supplem. quest. vi. artic. 3. *Ad confessionem dupliciter obligatur. Uno modo ex iure divini . . . . . Alio modo ex præcepto iuris positivi; & sic tenentur omnes ex institutione Ecclesiæ, edita in Concilio generali sub Innocentio III. tum ut quilibet peccatorem se recognosceret, quia omnes peccaverunt; & egerat gratia Dei; tum ut cum maiori reverentia ad Eucharistiæ accederet; tum etiam ut Ecclesiarum rectoribus sui subditi immovent, ne*

*lupus intra gregem lateat.* S. Antoninus hæc doctrinam D. Thomæ fere ad verbum transcribit. Immerito itaque Suarez imponit istis his Doctoribus, quod docuerint, præceptum annuæ confessionis solum per accidens obligare, cum aperte oppositum doceant, ut cuique ex allata doctrina constare potest. Sed hæc obiter dicta sint.

IV. Unanimi itaque confessione Theologi catholici docent, dari præceptum ecclesiasticum, quo omnes Christiani semel in anno ministris Ecclesiæ peccata sua confiterentur. Idque constat tum ex Concilio Lateranensi IV. xiv. can. xxi. tum ex Concilio Tridentino sess. xiv. can. viii. proxime relatis, tum denique ex univocali catholice Ecclesiæ sensu. Quare qui oppositum doceret, hæresim manifestam evulgaret, & ut hæreticus ab omnibus haberetur. Præceptum illud, ut ex D. Thomæ vidimus, non tantum ratione communionis, sed absolute obligat. Quare, si quis impedimento legitimo ligatus suscipere Eucharistiæ nequit, ad confessionem nihilominus adstringeretur; & qui sine rationabili causa tum communionem, tum confessionem omitteret, duo peccata mortalia ad verius duo distincta præcepta communionis, & confessionis perpetraret.

V. Præceptum istud, ut suo loco demonstrabitur, divinum est, si a temporis determinatione sciuntur absolute spectetur. Ecclesiasticum autem est, quatenus præscribit hæc confessionem quotannis faciendam esse. Sic docent omnes Theologi; & sic declaratum est in Tridentino Concilio sess. xiv. cap. v. *Negue enim per Lateranense Concilium Ecclesiæ statuit ut Christiani de confiterentur, quod iure divino necessarium, & institutum esse intellexerat; sed ut præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur.* Confessio itaque peccatorum, Sacerdoti faciendæ, iure divino necessaria semper fuit vel in te, vel in voto, ut de baptismo dicitur. Frequentia vero istius confessionis iuris est ecclesiastici. Quapropter Ecclesiæ, vel summus Pontifex potest, & in congruum & expediens iudicare, præcipere ut bis, vel ter, sicuti olim, fideles confiterentur; aut contra posset ab eisdem frequentia dispensari cum aliquibus ex iuda causa, que difficultate occurrere potest. De hoc consule D. Thomam in II. disp. xvii. quest. III. art. 1. questionum. 1.

VI. Quest. I. An hoc præceptum obliget non solum Catholicos, sed etiam hæreticos? Resp.

Resp. Affirmativa sententia est omnium Theologorum. Quoniam hoc præceptum comprehendit omnes utriusque sexus fideles baptizatos: sed etiam hæretici sunt baptizati, & quidem valide, ut nunc supponimus; igitur etiam hæretici illius præcepti obligationi obnoxii sunt. Non eo tamen modo hæretici, quo Catholici, huic, & aliis Ecclesiæ præceptis subiciuntur. Nam Catholici immediate, hæretici tantum mediate obligantur obedire huic præcepto, quatenus adtinguntur Ecclesiæ reconciliari, ut, ab excommunicatione soluti, fiant Ecclesiæ membra. Quare, si isti ad ovile redirent, non essent de violatione præceptorum Ecclesiæ examinandi. Sed de hoc alias.

VII. Quest. II. An peccata mortalia omnia, tum interna, tum externa, fideles manifestare ut istius præcepti Sacerdoti teneantur? Resp. Affirmative respondent Theologi omnes: & ex Tridentino sess. xiv. cap. vi. evidenter constat. *Ex his colligitur oportere a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligenter sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint.* Hinc consutata remanet opinio quam docet *Margarita Confessorum*, & nos sub initium tractatus retulimus, videlicet quod si quis haberet solum peccata interna cordis, postea disserter confessionem ulque ad mortis periculum. Præceptum enim ecclesiasticum est determinatio præcepti divini quoad circumstantiam temporis. Divinum autem præceptum omnia tum interna, tum externa peccata confiteri iubet. Suarez disp. xxxvii. sect. 2. non. 2. referens hæc Margaritæ opinionem, inquit: *Sed est pluriquam temeraria sententia.*

VIII. Quest. III. Utrum non tantum mortalia, sed etiam venialia ut huius præcepti teneantur fideles confiteri? Resp. Negativa sententia communissima est penes Theologos; etque expresse declarata in Tridentino loco proxime laudato his verbis. *Venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam recte, & utiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, tamen peccatorum hominum usus demonstrat, taceri tamen citra culpam, multique aliis remediis exquiri possunt.* Ratio quoque id ostendit: quia præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis est determinatio præcepti divini. Præceptum autem divinum non obligat ad confessionem venialium. Ergo nec que ecclesiasticum. Disputant Theologi, an Ecclesiæ præcipere possit confessionem venialium. Negant non pauci; sed plures affirmant. In discussione inutilis quedam tempus terendum non est. Cur non possit præcipere, profecto non teneo. Sed, quia numerum illi præcepti, neque, ut prudenter præsumitur, in posterum præcipiet; non video cur longius de eo quod nunquam erit, disputare debeamus.

IX. Quest. IV. An qui nullum perpetravit mortale peccatum, teneatur semel in anno confiteri venialia? Resp. Dicitur est numero præcedenti, venialia non esse materiam necessariam præcepti: idcirco queritur an, data hypothesi quod quis nulla mortali noxa contaminatus esset, iste obnoxii fore obligationi annuæ confessionis. In utramque partem disputant Auctores. Si sola vis, & natura præcepti spectetur, probabilis videtur, eum non teneri: quia, ablata materia necessaria, præceptum non obligat. Sola autem peccata mortalia materia sunt necessaria istius præcepti. Verum & hæc dispensationem inter inutiles relicto: quia, cum fidelis in Pœnitentiæ sumere ex præcepto Eucharistiæ debeat, sistere se Sacerdoti debet, equè manifestare conscientiam suam, & rationem reddere cur intra annum nec semel confiteatur. Pater liquidem posset eum cogere ut semel in anno ad confessionem faciendam accederet. Sed, ut dixi, hypothesis istæ omni fuit destituta fundamentum. Qui enim a mortalibus absint, frequenter confitentur, ut gratiam Dei, qua in virtutis via queat perseverare, assequantur. Qui per annum integrum nec semel confiteatur, cum possit, difficulte immunitas evadet vel a culpa mortali certa, vel a dubia, vel a tot, & adeo gravibus venialibus, ut nimiam audeat, & inexcusandus, ne plus dicam, foret, nisi confessionis sacramento conscientiam purgaret, antequam ad sacram mentam accederet. Quare in praxi nullum umquam ego, causa necessaria sublata, a præcepto annuæ confessionis excuserem. Qui lucrari vult iubilum, etiamsi mortalia non habeat, confiteri debet. Quia bulla Jubilæi confessionem præcipit, tamquam quod requisitum ad indulgentiam lucrandam. Proverbi autem loco habetur hoc dictum: *Bulle tantum valent, quantum sonant.* Contrariam opinionem docent multi Auctores. Sed nostrâ, quam sustinent Caietanus, Sotus, Sanchez, Diana, Cordoba, Fagundez, plerisque alii, probabilior est. Qui habet inculpam causam tacendi mortale quod perpetravit, tenetur implere præceptum annuæ confessionis, manifestando venialia. Quia, ut

peccati, quod tacet, veniam assequatur per contritionem; necessarium est propositum confessionis faciendæ modo quo fieri potest meliori. Itaque, si alia mortalia non habeat, venialis confiteri adstringitur, ut annuæ confessionis præceptum impleat. Quæ autem sint iuste causæ tacendi gravis peccati, dicam Tom. IX. differt. IV. de confess. cap. IX. n. 2.

## CAPUT III.

Qua anni parte præceptum confessionis obliget, & quomodo computandus annus sit. Variæ hæc de re quæstionculæ discutuntur.

**I.** Sententia communis docet, præceptum illud obligare solum confiteri semel in anno, nulla eiusmodi anni parte designata; quia lex reipâ non limitat, nec deputat aliquod tempus determinatum; sed solum infra annum ut quilibet fidelis confiteatur, præcipit. Si autem Ecclesia voluisset ut fideles aliquo anni definito tempore ad penitentiam tribunal accederent, conceptis verbis tempus illud determinasset; quemadmodum præceptum annuæ communionis tempori paschali aperte illigavit. Cuius discriminis congrua assignari ratio potest. Nam usus Eucharistiæ absolute præcipitur, non modo peccatoribus, sed iustis etiam. Nec peccatum ullo modo supponit; ideo tali die, vel hebdomada præcipi potest. Deinde etiam conveniens fuit præceptum communionis tempori paschali assignari, propter illius temporis solemnitatem, ut tempore definito universa Ecclesia in tanti sacramenti participatione simul conveniret, ac unanquam confessione tam sublimis mysterii publicam fidem profiteretur. Peccatorum confessio remedium est, & medicina, quæ morbum supponit. Non est autem definitum tempus in quo homo peccet. Et quia satis, ac valde congruum est ut statim post peccatum penitentiam ballamum vulneri applicetur, dum commode fieri potest; idcirco noluit Ecclesia confessionis præceptum ad aliquam anni partem limitare, sed liberum reliquit, ut quisque medicinam sumeret, prout sibi congruum, & expediens iudicaret; dummodo tamen ultra annum non differet.

**II.** Petrus Soto Auctor gravissimus diff. v. de confessione sustinet, confessionis præceptum in determinata anni parte obligare, nempe in Quadragesima, & in Paschate. Et sane huic sententiæ valde favet non so-

lum Sixtus IV. in Extrav. vicof. de tregua, & hæc: verum etiam Tridentinum sess. XIV. cap. v. ubi hæc habentur. Unde iam in universa Ecclesia, cum ingenti animarum fideliùm fructu, observatur mox ille salutaris confitendi sacro illo, & maxime acceptabilis tempore Quadragesimæ; quem morem hæc sancta Synodus maxime probat, & amplèctitur, tamquam pium, & merito retinendum. Respondent contrariæ sententiæ patroni, consuetudinem hanc vim legis non habere, sed pium esse morem in populorum devotione fundatum.

**III.** Utraque sententiæ, si recte exponatur, aliquid veri continet. Prima, si absolute loquamur, vera est. Textus enim clarus & perspicuus est, nullamque anni partem determinat. Secunda quoque veram continet doctrinam, quæ praxin fidelium propinquius hæret. Sed hæc in sensu vero exponenda est. Dum ergo Auctores, & ipsa Tridentina Synodus dicunt, in Quadragesima potissimum peccatorum fordes eluendas esse confessionis sacramento, non id intendunt ut fideles qui e. g. sub initium anni peccata perpetrarunt, debeant confessionem differre usque ad Quadragesimam (hoc enim, ut animadvertit Suarez disp. xxxvi. num. 10. omnino improbabile est) sed intelligunt, eos fideles ad confessionem in Quadragesima faciendam obligare qui conscientiam habent peccati mortalis non confessi. Quamvis enim ii qui semel in anno confessi fuerint, præceptum annuæ confessionis absolute non impleverint; attamen & praxis, & consuetudo, quæ optime legem interpretatur, ostendunt, fideles ipsos persuasos esse se ad confessionem generari in Quadragesima, quoties alicuius peccati mortalis confitii sunt. Quo in casu, non solum per accidens, sed etiam per se obligati videntur. Quemadmodum enim qui per aliquam anni partem venialis sæpius confessus esset, si in Quadragesima crimen letale perpetraret, dubio procul ad confessionem vi præcepti obligaretur; cur non ita obligabitur qui semel est confessus, si in peccata mortalia relabatur? Non me fugit, discriminis aliquid intercedere. Sed, missis iuribus disputationibus, quæ pro praxi vera, & necessaria sunt, differamus. Certum est fideles qui peccati mortalis rei sunt, in Quadragesima, vel in Paschate ad confessionem adstrictos esse ratione communionis suscipiendæ; quamvis pluries, nedum semel, in eamdem annum confessi fuerint. Qui enim peccati mortalis con-

confessus sibi est, iure divino tenetur conscientiam purgare, antequam ad Eucharistiam sumendam accedat. Id etiam pro praxi dicendum est, quod, si perse, seu vi præcepti confessionis confiteri tangantur fideles, dum omittunt tum confessionem, tum communionem, duo peccata mortalia perpetrabunt adversus præcepta confessionis, & communionis. Si vero solum per accidens, seu ratione communionis obstringantur; tunc confessionem, & communionem omittentes unum dumtaxat peccatum perpetrarent adversus præceptum communionis. Qui vero nullus peccati mortalis conscientiam habent, quamquam vi præcepti absolute non tenentur ad confessionem, potissimum si pluries intra annum confessi fuerint; nihilominus iuxta universalem, piæque fidelium consuetudinem, antequam ad sacram communionem accedant, confessionem sacramentalem præmittere solent. Et revera quique fidelium religioni sibi verteret, licet nullius peccati letalis foret confessus, si nec in Quadragesima, nec in Paschate confiteretur. Quia itaque fideles omnes, tum iusti, tum peccatores, in Quadragesima reipâ confitentur, idcirco hanc consuetudinem laudat Tridentina Synodus, eamque commendat plurima alia Concilia provincialia.

**IV.** Quæst. I. Quomodo computandus sit anni initium, & finis pro observantia istius præcepti? Resp. Plures Auctores, nempe Valquez, Becanus, Lugo, Diana, sustinent, annum computandum esse a ianuario in ianuario; quia sic iuxta communem usum annus computatur. Verum communis animus, & ut ego quidem sentio, verissima sententiæ annum hunc computat a Paschate Resurrectionis ad aliud Pascha Resurrectionis. Quia licet annus civilis a ianuario in ianuario supputetur; annus tamen ecclesiasticus commodius intra duo Resurrectionis Paschata includitur; & quia sententiæ communissima est, Auctores non recenseo.

**V.** Quæst. II. An qui per integrum annum confessus non fuit, tenetur, cum primum commode possit, confiteri? Resp. Sylvesterus, Ledesma, Marchantius, & alii respondent negative. Leander in d. v. de penit. disp. lxxi. quæst. xxi. asserit, S. Antonium hanc docere sententiæ III. Part. tit. ix. cap. ix. ubi sanctus Archiepiscopus agit de processu per denuntiationem. Titulo vero xiv. cap. xix. ubi de confessionis præcepto tractat, nec verbum habet quod huic

sententiæ favet. Contraria opinio communis, & vera est. Eam docent Navarra cap. xxxi. m. 45. Suarez disp. xxxvi. sec. 4. num. 2. Valquez quæst. xc. dub. 2. art. 3. Victoria num. 147. Concinchius disp. v. n. 65. Layman tract. vi. cap. v. num. 9. Nugnus in addit. quæst. vs. artic. 5. diff. 6. Lugo disp. xv. num. 17. Diana III. Part. tractat. iv. n. 101. Becanus, Valentia, Bonacina, Palaus, Leander, Salmanticenses, & alii communiter. Ratio est ipsius præcepti natura deprimitor. Quoniam præcepti intentio ob pernitent, ut fideles absolute confiteantur infra annum, & ultra annum non differant. Absolute iure divino confiteri fideles tenentur. Ecclesia præcipit ut quotannis hoc præceptum impleatur; & consequenter verat ne ultra annum differatur eiusdem executio. Ergo qui intra annum non satisfacit tali præcepto, semper obnoxius est obligationi illud, cum primum poterit, implendi. Quemadmodum, si quis singulis annis solvere censum teneatur, & uno anno solutionem omittat, anno transacto, non liberatur a debito solutionis, sed multo magis obstringitur. Ergo ex forma, & intentione eiusmodi præcepti aperte colligitur, quod fideles teneantur confiteri ante finem anni vi eiusdem præcepti, & quod nequeant confessionem ultra annum differre. Idque aperius ex ullo, & praxi Ecclesiæ constat. Si quidem fideles qui istius præcepti observantiam ultra annum differunt, excommunicationem incurrunt, a qua non absolvuntur, nisi confessione peracta. Quod si tenentur confiteri, ut excommunicationis abolitionem assequantur, evidenter elicitur, non extingui obligationem confitendi, transacto anno; sed præceptum semper urgere, donec impleatur. Si enim excommunicati essent ob solam omissionem confessionis; patet culpa, poena remitti posset. Sed Ecclesia verat ne eiusmodi fidelibus absolutio ab excommunicatione concedatur, usque dum confessionem, quam omiserunt, peregerint. Manifesto itaque constat præceptum illud obligare etiam post elapsum annum.

**VI.** Obiiciunt Auctores prima sententiæ. Præceptum affirmativum, determinatè obligans pro aliquo tempore, ullo transacto non obligat; ut patet in præcepto ieiunii, in præcepto audiendi Sacram, & in præcepto recitandi horas canonicas. Item ergo dicendum de annuæ confessionis præcepto. Respondetur negando consequentiam. An-

recedens verum est, quando præceptum affirmans alligat obligationem alicui temporali, adfirmat iterum confiteri. Tertia tententia communis, quæ mihi unice non praxi sequenda videtur, docet, hunc Christianum sua confessione, quam in principio illius anni facit, satisfacere solum præcepto anni præteriti; teneri vero iterum confiteri, ut satisfaciat præcepto anni currentis. Hanc docent Suarez disp. xxxvii. sec. 4. num. 5. Silvius 1<sup>a</sup> part. quæst. lxxx. art. 11. cap. iv. Coninchius disp. v. dub. 8. num. 65. Bonacina disp. v. quæst. v. sec. 2. punct. 4. Navarrus cap. xxi. nu. 45. Medina cod. de conf. qu. xiv. Fillucius tract. vii. cap. 111. num. 36. Becanus quæst. viii. cap. xxxvii. com. 3. Nugus in Addit. quæst. vi. art. 5. disp. 5. Sotus in 1<sup>a</sup> disp. x. quæst. 1. art. 4. Soter Tom. III. 111. part. cap. 1. quæst. 1. num. 576. Tamburinus tract. 11. de 2. præcep. Eccl. cap. vi. num. 11. (licet probabilem etiam iudicet oppositum) & alii plures. Ratio est, quia, ut diximus, præceptum hoc, non elabitur cum ipso anno; sed, anno etiam transacto, præceptum urget, obligatque fidelem, ut quam primum potest, confiteatur. Ergo prima confessione satisfaciat præcepto anni præteriti; deinde altera confessione (posito quod relabatur in aliud peccatum mortale) implet præceptum anni currentis. Verum utique est posse uno, & eodem actu satisfieri duplici obligationi, eodem tempore concurrenti, quando aliquæ peculiare rationes oppositum fieri non iubent. In nostro autem casu præceptum confessionis peculiari ratione afficit fideles, scilicet quod obligat, etiam transacto anno. Et ideo oportet ut una confessione satisfaciat præcepto anni elapsi, & altera confessione præcepto anni currentis. Nec alicuius momenti est illud quod opponi solet, nempe, si quis differat usque ad finem anni, aut si per decem vel viginti annos omittat confessionem, poterit in Paschate unica confessione satisfacere omnibus obligationibus. Quoniam aliud est quod unico actu aliquando possunt antequam impleri obligationes; & aliud est quod tempore id præstari debet, & valide quærat. Primum conceditur; secundum negatur. Dum sub finem anni quis confiteatur, primum omnium implet præceptum confessionis anni currentis; deinde manifestat omissionem præteritarum confessionum. Quare iuxta communem omnium exultimationem nulla hic occurrit difficultas. At, dum sub initium anni confiteatur, implet penitus primum omnium

omnium intendit implere præceptum anni præteriti. Denique in hac materia non humana ratio, sed Ecclesie praxis consulenda est. Porro Pastores Ecclesie non abolunt fideles ab excommunicatione, donec confiteantur; & dum sub initium anni implent confessionem anni præteriti, sub eadem censura ab illis exigunt sequentem confessionem, ut advertit Suarez loco laudato. Idcirco hanc opinionem ut tutiorem amplectimur; quia magis Ecclesie instantioni, & praxi eam exultationem contentantem.

VIII. Quæst. IV. An qui inevento anno prævidet se a confessione impedendum fore in toto sequenti anni tempore vel ob penuriam Confessionarium, vel ob aliud obstaculum, tenetur confessionem anticipare? Resp. Affirmative respondent omnes Doctores quos ego legi. Ratio evidens est. Obligatio præcepti incipit sub initium anni urgere, & intra latitudinem eiusdem anni implenda est. Ergo qui prævidet se sub finem anni implerum minime fore hanc obligationem, tenetur eam exequi tempore antecedenti; sicut qui summo mane die dominicæ prævidet se impedendum fore a Sacro audiendo, tenetur illud mane audire, ut præceptum implet.

IX. Quæst. V. An qui semel in anno confessus est peccata mortalia, si ante finem anni in novum peccatum mortale relapsus fuerit; vel qui ventura confessus fuerit, & iterum, supra annum confessus fuerit, & tenetur illis uno iterum mortaliter peccet, ut præcepto satisfaciat? Resp. Secunda pars ex dictis paulo ante liquet. Venialia enim non sunt confessionis materia. Quapropter, si quis mortale perpetrat ante finem illius anni, in quo sæpius venialia est confessus, tenetur mortale quod intra illum annum perpetraverit, ut præcepti confiteri. Idem dicendum de eo qui in confessione venialium oblitus fuerit aliquæ culpa peccatum mortale: tenetur enim, si intra annum recordetur, confiteri illud. Primum partem, nempe eum qui semel confessus est peccata mortalia, non teneri ut præcepti iterum confiteri intra eundem annum, etiam si novæ peccata mortalia trahat, Doctores plures tenent, Lugo, Diana, Bonacina, Leander, Hurtado, Salamanca, et alii. Sed ex his quæ dicta sunt num. 3. opposita opinio probabilior nobis videtur, quam docent Suarez disp. xxxvii. num. 9. & etiam ac Henriquez Lib. IV. cap. xv. num. 2. Ratio, quam iam supra indicavimus, valida est. Ecclesia iubet cuicumque

fideles confiteri omnia peccata infra annum commissa. Ergo qui sub finem anni conscientiam habet peccati mortalis, illud confiteri tenetur. Ecclesia, inquit, semel confiteri præcipit. Verum est. Sed simul præcipit omnia illius anni peccata confiteri. Qui semel confiteatur omnia peccata totius anni, implet præceptum. At, si nova peccata committat intra annum, antequam annus elabatur, ea clavibus submittere debet. Non ad pura præcepti verba, sed ad intentionem Ecclesie animum intendere debemus. Porro instanti, & consuetudo Ecclesie ita interpretari videtur sensum illius præcepti: nempe ut fideles qui in Quadragesima conscientiam habent peccati mortalis, teneantur, antequam tempus paschale excurrat, hoc mortale peccatum confiteri; etiam si ob aliquam causam communionem percipere nequirent. Siquidem iuxta piam, & rationabilem exultimationem peccata totius anni sunt integra illius præcepti materia. Ergo, inquit, toties confiteri debemus, quoties lethaliter delinquimus. Ineptæ est confectio. Solum enim adstringitur omnia totius anni peccata confiteri, five una, five plurius confessionibus. Hinc reiecto quod inquit Cardinalis Lugo disp. xv. sec. 7. num. 160. videlicet eum qui semel intra annum confessus est peccata venialia, & mortale dubium, si incidat ante finem anni in peccatum mortale certum, non teneri ad novam confessionem, ut præcepto satisfaciat. Quoniam, licet peccatum dubium sit materia necessaria confessionis; compertum tamen non est quod sit materia sufficiens pro præcepti observantia, quando adest materia certa. Præceptum confessionis comprehendit integrum anni spatium. Si intra annum materia certa adest, quæ illud impleat valeat; non video cur sola materia dubia impleri possit. Peccata enim venialia, quæ simul cum dubia culpa submittuntur clavibus, licet conferant ad conscientiam materiam certam confessionis; nihil tamen conferunt ad observantiam præcepti annuæ confessionis. Quare in praxi, non modo ratione communionis paschalis, sed etiam ut præceptum tuto impleatur, præstant fidelem ad confessionem peccati mortalis certi, intra annum committi, & ego obligarem.

X. Quæst. VI. An qui, adhibita sufficienti diligentia, confiteri omnia peccata quæ memorie occurrunt; si post confessionem alicuius peccati oblitus recordetur, tenetur illud, antequam elabatur annus, confiteri? Respondet

d. eo. Communissima sententia est negativa, quam præter Auctores laudatos *quæst. præc. defendit* etiam Suarez loco citato *sec. xv. numer. 8.* eo quod qui omnia peccata quæ memorie occurrunt, confitentur, adhibeque omnem diligentiam, ut omnia confiteatur, revera satisfaciunt intentioni Ecclesiæ, quæ præcipit confiteri omnia peccata commissa illo anno; atque hanc confessionem suam extendit ad omnia peccata quæ per totum annum commisit. Quæ sane opinio valde probabilis est. Oppositum tamen descendit Medina *Lib. X. cap. iv. §. 41.* rationemque prodit minime sperendam. Qui ex iusta causa omisit confessionem annuam, tenetur, cum primum poterit, confessionem supplere: idem ergo videtur dicendum etiam de eo qui peccata aliquid oblitus incupabiliter est. Utraque opinio probabilis est. At leucior est secunda.

XI. *Quæst. VII. An qui propter infamiam causam omisit scilicet aliquid peccatum mortale, alius manifestatis, tenetur illud confiteri intra annum, si commode possit.* R. Multi, nempe Lugo, Dicaillius, Leander, & alii negative respondent. Sed probabilius mihi videtur opinio affirmativa. Quia tenetur quisque confiteri omnia peccata illo anno commissa. Ergo, sublato impedimento, excusante a manifestatione alicuius peccati, urget obligatio illud confitendi. Quod sane & recte rationi, & Ecclesiæ intentioni satis consonantem videtur. Respondet Layman *Lib. II. tractat. vi. cap. v. num. 10.* Concilium Lateranense præcipere ut omnia peccata fideles confitentur, quatenus id pertinet ad integritatem confessionis; id est, ne quis aliquid mortale retineat, verat: non autem eo pertinent verba Concilii, ut omnia peccata intra annum commissa necesse sit confiteri. At responsio isthæc arbitraria est, omnique destituta fundamento. Quoniam Concilium eo loci nullo modo loquitur de integritate confessionis. Supponit enim integre fieri debere, quodetsimque sit. Sed iubet fideles semel in anno omnia peccata sua Sacerdoti confiteri. Confessio sacramentalis hæc natura integritatem includit. Quare, si *Tà omnia peccata* integritatem præstaret confessionem, clausula superflua foret. Dicendum itaque, Concilium præcipere ut fideles quotannis semel omnia illius anni peccata confiteantur: quod & recte rationi, & Ecclesiæ intentioni satis congruum censetur. Neque quod Lugo subdit, nobis probatur, nimirum eum qui in

mortis articulo aliquid mortale confessus est, plura vero ob impotentiam omisit, non teneri ad hæc peccata omnia confitenda; etiam si convaluerit infra annum, & commode possit confessionem si velit, peragere. Non, inquam, hæc opinio nobis probatur: quoniam & rationi, & Ecclesiæ intentioni, ut dictum est, valde conforme videtur, ut quisque, remoto impedimento, impleat præceptum illud a cuius observantia ratione impotentis excusabatur. Omnia quæ in oppositum asseruntur, frigide sunt subtilitates.

## CAPUT IV.

*Præceptum annuæ confessionis non impletur per confessionem invalidam. Aliæ nonnullæ difficultates explicantur.*

MAGNA olim contentione disputabant Theologi, num fideles confessione invalida, sive culpa poenitentis, sive malitia Confessarii, præcepto annuæ confessionis satisfacerent. Affirmantem sententiam propugnabant Alesius, Gabriel, Paludanus, Sylvester, Victoria, Canis, & alii, hæc innixæ ratione. Ecclesiæ præcipit tantum actum exterius, secus internum: Qui ergo exterius peccata confitetur, licet interno delictum dolore, Ecclesiæ præcepto satisfaciat. Immo crederem ego, inquit Canis *relect. de poen. pag. 6.* quod, cum peccator se solus Sacerdoti iuxta præscriptum illius capituli, *Quod quidam de poenitentis*, etiam si non recipiat absolutionem, impleat præceptum Ecclesiæ: ex quadam eiusdem Ecclesiæ pia & clementi dispensatione.

II. Contrariam sententiam defendunt Durandus in *II. disp. xvii. quæst. xiv. Soto in II. disp. xvii. quæst. lxi. art. 5.* Petrus Soto *lect. 8.* Navarrus *cap. x. num. 4.* Medina *quæst. xxiv. Suarez disp. xxxvii. sec. 7.* Negus in *addit. quæst. vi. art. 5. disp. 6.* Cardinalis de Lugo *disp. xvi. num. 136.* Coen *disp. viii. art. 2.* Sylvius in *III. Par. quæst. vi. art. 5.* Leander *tract. v. disp. lxi. quæst. lxi.* & paucis, ne in singulorum recensione tempus teram, omnes Theologi, postquam Alexander Papa VIII. damnavit sequentem propositionem, que in ordine est *14. Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ.* Planum itaque nunc est ex declaratione Ecclesiæ, fideles qui invalide confitentur, non satis-

facere præcepto Ecclesiæ. Ratio quoque evidens est. Nam præceptum Ecclesiæ est determinatio præcepti divini; seu Ecclesiæ iubet fideles singulis annis semel implere præceptum quo Deus imperat peccatorum confessionem. Hoc autem divinum præceptum impleri nequit, nisi per susceptionem sacramenti. Porro qui confessionem nullam facit, non suscipit sacramentum. Fatentur & adtracta vero qui defendunt dari reipsa sacramentum validum, & informem, nempe ob defectu gratiæ sanctificantis, propugnant pariter, tali confessione satisfieri præcepto ecclesiastico. Quid ergo sentiam, tum manifestabo, cum in tractatu de sacramento penitentiae hanc discutiam controversiam de sacramento valido, & informi. Obiter hic tantum dico quod admissa sententia defendente confessionem validam & informem, admitti etiam poterit, ut communiter admittunt Theologi, tali confessione impleri posse præceptum annuæ confessionis.

III. Ex quibus inferitur, illum non satisfacere Ecclesiæ præcepto qui facit confessionem ex quocumque capite, sive ex defectu doloris, sive ex occultatione alicuius peccati interni, sive ex defectu veri propositi se se emendandi, nullam. Et consequenter hic obnoxius est excommunicationi synodali, quam plures Episcopi infligunt in suis diecesibus in omnibus qui semel in anno confiteri omnia peccata sua omittunt. Quia licet crimen istud probari nequeat, quando ex defectu actus interni contingit; hoc tamen notis poenam ferre possit in eos qui renuunt confiteri, sicut Ecclesiæ præcipit. Neque poena ista in actum internum vibratur; sed in externam, & contumacem omni-

tionem sacramentalis confessionis. Et hæc opinio communis est.

IV. Querunt etiam communiter Theologi, an per confessionem validam, sed informem, impleri possit hoc præceptum annuæ confessionis? Qui negant dari posse validam confessionem, simulque informem, consequenter negant posse quemquam per talem confessionem satisfacere Ecclesiæ præcepto. Contra vero qui defendunt dari reipsa sacramentum validum, & informem, nempe ob defectu gratiæ sanctificantis, propugnant pariter, tali confessione satisfieri præcepto ecclesiastico. Quid ergo sentiam, tum manifestabo, cum in tractatu de sacramento penitentiae hanc discutiam controversiam de sacramento valido, & informi. Obiter hic tantum dico quod admissa sententia defendente confessionem validam & informem, admitti etiam poterit, ut communiter admittunt Theologi, tali confessione impleri posse præceptum annuæ confessionis.

V. Neque huic præcepto satisficit ea confessio in qua absolutio Sacerdotis non obtinetur, sive id ex eius malitia, sive ex eius oblitantia contingat. Quoniam, dum Ecclesiæ confessionem præcipit, susceptionem iubet sacramenti & sublata autem quocumque ex capite absolutione, sacramentum haudquaquam conficitur. Ergo præceptum non impletur. Quemadmodum qui Eucharistiam se percipere putaret, hostia minime consecrata sumpta, præcepto communicandi non satisfaceret: quia reipsa sacramentali communionem non susceperat, sive ex malitia, sive ex negligentia Sacerdotis id accidisset: & fidelis, errore detecto, ad communionem veram suscipiendam adstrictus foret. Idem ergo dicendum de eo qui in peccatorum confessione absolutionem non elicit adiectus. Hæc opinio communis est. Sunt tamen aliqui qui oppositum sentiant, eo quod culpa Sacerdotis non debet, nec potest nocumentum poenitentis inferre: potissimum quia non est in potestate poenitentis absolutio sacramentalis. Nec Ecclesiæ ad id obstringere fideles potest quod est extra eorum voluntatem, nec ab eis pendet. Hæc tamen omnia evincunt solum fideles excusari a culpa violationis præcepti; bona fide suffragante. At bona fide cessante, confessum criminis rei evaderent, si defectum, qui præter eorum voluntatem contingit, implere non curarent. Licet absolutio non sit in eorum facultate; eorum tamen potestatis est alium adire Sacerdotem, defectu cognito,

a quo abolitionem obtineant. Quando itaque defectus est solum ex parte Sacerdotis, si delicta bona fide operantis exculantur tum a culpa, tum a peccatis; sed non liberantur a debito impleto præceptum, fraude, seu defectu detecto.

## CAPUT V.

De iis qui huic præcepto subiecti sunt: & de casibus quibus quandoque fideles aliqui ab observantia istius præcepti excusari queunt.

**I.** TAM sub initium dissertationis dictum est, omnes homines baptizatos, non modo catholicos, sed etiam hæreticos, teneri ad præceptum confessionis. Expendedum nunc breviter supersit, quæ ætate Catholicis ipsi implere hoc præceptum adstringantur. Aliquod enim faceret negotium Theologus clausula illa Lateranensis Concilii, *Omnis utriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis pervenerit, omnia peccata sua, saltem semel in anno, confiteatur.* Alii liquidem volunt, tunc censens esse pueros ad annos discretionis pervenisse, cum annum attingunt pubertatis, nempe 14. neque ante hunc annum ad confessionem antea præceptum adstringi. Hæc opinio communiter reprobat. Alii, quos inter D. Antoninus II. Part. tit. IX. cap. VIII. §. 2. fulsunt, pueros circiter decimum suæ ætatis annum obervantia istius præcepti subiectos esse. Sed communis sententia dicit, pueros, cum primum illis assiligerit rationis lumen, ad hoc præceptum teneri: quod contingere circa septennium communiter solet. Quod, si ante septennium ratione poriantur? Negant Castropalaus tract. III. disp. I. punct. 24. §. 2. n. 3. Diana IV. Part. tract. 111. ref. 52. & alii, eos ad annua confessionis præceptum adstringi. Sed communis, & vera opinio docet, pueros, statim ac obtinuerint rationis ulum ad peccandum mortaliter, istius legis obligatione constringi. Et quemadmodum, si tardius septennio lux rationis illis splendeat, solum post septennium, & aliquando post octennium, confiteri tenentur; ita si lux ista septennium præveniat, ante septennium pueri confiteri debent. Quamquam, ut id quod magis praxi inservit, dicam, frequentius post septennium, ne dicam octennium, quam ante, usus rationis in pueris contingit. Aliquando pueri lumen sufficiens habent ad peccandum, secus ad penitendum: facilius namque est cogni-

tantamen contrarium, non solum probabilius, sed certius mihi videtur. Ideoque tenendum proficere, senectutem illam, utpote octuagenariam, quæ fere semper ita homines simplices, & rationis reddit expertes, ut nihil a pueris differre videantur, veluti hoc eodem anno pluribus ostendimus, ab omnibus, & quibuscumque tam ecclesiasticis, quam divinis legibus eos immunes reddere. Et ratio est, quoniam eiusmodi ætatis senes infantes pueri sunt. Ita Hippocrates, ut refert Alphonsus a Ruizibus in Medicina Medicor. insipient. luminar. 2. fol. 65. Ludovicus Vivens Lib. II. de anima, & alii a nobis relati q. proxime antecedenti: quibus addiderunt quæ in eadem rem adducit Volafenus de privilegiis miserab. personar. quasi. xviii. num. 11. Ergo, cum pueri ante septennium his legibus sint soluti, veluti supra num. 7. comprobavimus, etiam octuagenarii liberi censendi erunt. . . . Cuius simile est, quod scripsit Hostiensis in Summa §. Quando continentium in principio, & post eum Stephanus Caieta in repetit. c. Ad limina §. 5. num. 107. Palac. Rubens in cap. Omnis utriusque sexus, verbo Postquam ad annos discretionis, de pen. & remiss. scilicet ita senes, qui iam discretionem carent, senectute octuagenarii esse solent, nec præcepto annua confessionis, aut susceptionis Eucharistiæ in Paschate tenent, eo nimirum quod supra diximus, quia in eis eadem capacitas deficit, ac in parvulis, militat: igitur, quemadmodum isti a quocumque ecclesiastico præcepto hac ratione reperitur immunes, sic & illi esse debent. Hactenus Narbona, qui, dum hæc scribebat, fuerit oportet ex illis senibus vietus, & de pontanis, qui non causa ætatis, sed infirmitatis, aliquando rationis occulum patiuntur.

III. Hæc Narbonæ opinio profus improbilis (ut modestius hinc conditio causæ ferret, loquar) est. Quod aliquando homines octuagenarii rationis experte fieri possint ob aliquam infirmitatem, quemadmodum & sexagenarii, quinquagenarii, aut quadragenarii, nemo inficias iverit. At quod ætas octuagenaria lumen rationis extinguat, vel ita obnubilet, ut a præceptis Ecclesiæ, igno & a divinis legibus eisdem ætatis senes abolvat, nemo læta mentis dixerit. Nec Hostiensis a Narbona laudatus asserit, octuagenarios senes a confessionis præcepto, sed a ieiunii lege solutos esse; quin expresse asserit, confessionis lege eos teneri. In-

quit enim loco citato. Item considerandum est tempore pueritæ. . . . Item & tempore senectutis: in quo casus, si est in ætate decrepita, scilicet ultra senium iam processit, puta post 80. annos, alleviari debet ieiunius, & gravari orationibus. . . . Quid, si sit ita senex, quod omni discretionem careat? Sic sicut de pupillo & surfo. Hostiensis ergo asserit, eos lenes duntaxat qui, ut surfo etiam octoginta annorum rationis lumen ita obnubilet, ut aferat debitum observantia legis ecclesiasticæ, & divinus; sicut defendit Narbona. Cum itaque manifestissima experientia compertum, exploratumque sit, lenes octuagenarios, non modo rationis ulu potiri, sed & prudentia, atque discretionem præditos committere esse, plus minuse, prout magis vel minus in virili ætate ingenio abundantur: consequitur, eodem observationi legis tum divinæ, tum ecclesiasticæ subiectos esse; pigeatque in recertissima amplius immorari.

IV. Quest. II. An iuranti Pontificis huic annua confessionis præcepto obnoxii sint? Resp. Negant aliqui, nempe Ricardus in IV. dist. penult. dist. v. §. 2. numer. 2. Ludovicus de S. Iuvan. quest. v. de Conf. art. 6. dub. 2. quia cum Pontifex sit supra Concilium Concilii lege non obstringitur. Quæ ratio nulla est, quia, licet summus Pontifex sit Concilio superiori, non inde tamen inferatur a legis obligatione eum liberum esse; sed folium consequitur eum subiectum non esse potestati cogenti. Obligatur itaque summus Pontifex legem, sive in Concilio, sive a se extra Concilium latam, observare, secundum vim dirigentem, non per potestatem cogentem; ut peroptime asserit S. Thomas 1. 2. quest. xcvi. art. 5. ad 3. *Principes dicuntur esse soluti a lege, quantum ad vim coartivam. . . . Sed quantum ad vim directivam legis Principes subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur. . . . Patere legem, quam ipse iulerit.* D. Thomæ sententiam communiter defendunt Theologi, Suarez disput. xxxvi. sec. 2. numer. 5. Covarruvias in cap. Alma Mater, l. P. cap. I. §. 5. Bonacina disput. III. quest. v. sec. 2. punct. 4. num. 4. Lugo disp. xv. numer. 142. Azorius Lib. VII. cap. xxxix. Becanus cap. xxxvi. de pen. quest. III. Valquez d. xc. artic. 1. dub. 5. numer. 12. & alii plurimi.

V. Quest.

V. Quæst. III. An præter præceptum continentiam in cap. Utriusque sexus &c. detur alia lex qua obligat ad secretam detractionem confessionem? Resp. Nullum aliud præceptum reperitur præter illud quod explicimus, obligans omnes fideles ad continentiam peccata pliquam semel in anno. Duo dumtaxat dantur iura, quæ confessiones religiosiarum personarum ipsæstant. Primum est in Clementina 1. Ne in agro, ubi præcipitur ut Religiosi sancti Benedicthi singulis mensibus confiteantur. In contrarium vocant Theologi, nisi soli Religiosi præfate legi subiciantur qui conscientiam habent alienis peccati mortalis, an vero etiam alii qui non nisi venialium peccatorum rei sunt. Primam sententiam defendunt Sotus in 11. dist. xviii. quæst. 1. artic. 3. Paladanus dist. xvii. quæst. 11. artic. 4. Diana part. VIII. tract. 1. resoluit. xv. Leander tractus. v. disput. xii. quæst. xlix. & alii apud eundem. Secundam propugnant Caietanus Tom. I. opusc. vii. v. quæst. 1. Canus relect. de poenit. part. v. Navarrus in cap. Placuit de poenit. dist. vi. numer. 122. Layman tract. vi. capit. v. Nugens in addit. quæst. vi. artic. 5. dist. 7. Suarez disp. xxxvi. sect. 5. numer. 7. Valquez quæst. ix. artic. 2. dub. 3. Henriquez Lib. 1. de poenit. capit. vi. numer. 10. Grandos tract. ii. disp. ix. numer. 21. Hanc secundam non probabilior reputamus. Quoniam verissime minime est Pontificem præsumpsisse Religiosis illo singulis mensibus peccatos mortaliter. Sed legem tulit pro monastica disciplina reformatione, seu conservatione. Et licet pro christiana disciplina semel in anno Ecclesia demisit esse a fidelibus confessionem peragendam; sic pro monastica disciplina semel singulis mensibus Monachos confiteri debere, Pontifex summus decrevit. Id autem discrimen intercedit, quod viceat. Utriusque sexus obligantur fideles directed ad mortaliem peccatorum confessionem; Monachi vero, qui statum perfectionis profectur, confiteri tenentur leves culpas, a quibus nemo mundus evadit, singulis mensibus. Que interpretatio consentanea est aliis plurimis statutis sacrorum Ordinum, in quibus præcipitur ut Religiosi vel singulis hebdomadibus, vel bis in mente confiteantur.

VI. Quæst. IV. An hæc lex Clementina obliget præfatos Monachos ad confessionem venialium sub mortali? Resp. Leander pro affirmante sententia recenset loco laudato quæst.

xlix. Canam relect. de poenit. part. v. Caietanum Tom. I. opusc. Suarez disput. xxxvi. sec. 5. & alios. Canus conceptis verbis oppositum scribit, inquit, eam Clementinam obligare quidem Monachos ad mensuram confessionem venialium, non tamen sub mortali; ut patet ex parva subiecta, que non adeo gravis est. Idem sentit Caietanus. Et Suarez, quomquam asserat, colligendam non esse obligationis gravitatem ex gravitate poenæ, sed ex legis materia, quod verum est; non tamen statuit legem hæc obligare sub mortali, & concludit hoc pendere ex intuitu, & consuetudine talis Religionis: quod etiam verificatum est. Quia neque ad mortalia consistuntur ut præfate Clementine sub gravi peccato Monachos teneri, sed ad summum sub veniali, communis sententia docet. Et reipsa ex consuetudine Religionis Benedictinæ constituto Clementina non obligat sub mortali; neque extenditur ad alias Religiones.

VII. Quæst. V. An aliud ius reperitur obligans Religiosos ad confessionem frequentiam? Resp. Alterum ius indicatum est in Tridentino sess. xxv. cap. x. de Regularibus, ubi admonetur Sanctimonialia, ut singulis mensibus ad penitentiam sacramentum accedant. Quod tamen lex absolute non est; sed gravis, & pia adhortatio. Admonetur, inquit Synodus, Sanctimonialia, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant.

VIII. Quæst. VI. Quoniam sint causæ ab istius præcepti observantia excusantes? Resp. Plures occurrere causæ possunt, quæ aliquos fideles excusant ab executione huius præcepti. Et in primis planum est impotentiam physicam exculare, quando videlicet Confessarius, quacumque adhibita diligentia, haberi non possit. Quin non solum physica, sed etiam moralis impotentia exculare potest, ut quando non nisi post longum iter Confessarius haberi nequit. Quando autem reputanda sit moralis impotentia, & quænam difficultas, quodque iter sufficiat ad continentiam mortalem impotentiam huiusmodi, communiter Auctores dicunt, id iudicio prudentis viri decernendum esse. Et sane non una pro omnibus regula statui potest. Nam ite unus & alterius die excusabit hominem sanum, & robustum, etiam si pedes, multo minus si equo insidens, illud peragere deberet: excusabit vero mulierem, puellam, hominemque debilem, alicuique similes. Quæ re lux-

re iuxta personarum diversitatem prudens Confessarius iudicium terre debet.

IX. Quæst. VII. An grave periculum fame, honoris, vel temporanei detrimenti excuset ab istius præcepti observantia? Resp. Si tibi, vel alteri ex tua confessione imminere notabile damnum honoris, vitæ, aut fortune, dubio procul a præcepto confessionis excusaris: quoniam cum tanto periculo lex accedere potest. Advertendum hic est, quod si periculum foret in manifestatione unius, vel alterius peccati, secus in manifestatione aliorum, illa occultanda, hæc manifestanda forent, & dimidiata confessio esset peragenda, ut nullus suo loco dicitur. Si vero quis nulla mortalia, præter ea quorum manifestatio periculi plena esset, haberet; post venialia confiteri iuxta ea que supra dicta sunt. Rursus animadvertas, velim, illud detrimentum fame, vel honoris, quod ut fibris apud Confessarium audientem crimina, in qua præter opinionem quam de te conceperat, lapsus es, non te excusare ab observantia huius præcepti.

X. Quæst. VIII. An fidelis qui idioma ignorat Sacerdotis Confessarii tenetur per interpretem confiteri, ut impleat præceptum annuæ confessionis? Resp. Omnes Theologi docent, præceptum Ecclesiæ non obligare cum tanto rigore, ut quis debeat per interpretem confiteri. Idque evincunt ex ipso cap. Utriusque sexus, cuius sunt verba: Omnis fidelis tenetur solus confiteri peccata sua proprio Sacerdoti. Illud vocabulum solum interpretem excludit. Difficultas solum penes Theologos est, an quis tenetur confiteri per interpretem, ut satisfaciat præcepto divino confessionis extra mortis articulum, & in articulo mortis. Et quo ad primum difficultatis partem, Sylvester verb. Confess. 1. quæst. xv. Archidiaconus, & alii apud eundem Sylvestrum sustinent, etiam extra mortis articulum teneri fideles ad confessionem per interpretem, ut divinum impleant præceptum. Leander tract. v. disput. vi. quæst. ix. laudat pro hæc sententia etiam Canum relect. de poenit. part. vi. ubi conceptis verbis oppositum docet: ait enim: In reliquis vero eventibus, etiam cum iure divino confessio est in præcepto, credere sine periculo possumus, neminem obligari ad confessionem peccatorum per interpretem. Communissima est Theologorum opinio, extra mortis articulum neminem unquam obligari ad confessionem per interpretem, etiam cum divinum confitendi

præceptum urgeat. Eam defendunt Caietanus verb. Confess. cond. xi. Soto dist. xviii. quæ. 11. artic. 6. Petrus Soto lect. xi. Medina quæst. x. Valquez quæst. xxi. art. 3. dub. 3. Bonacina disput. v. quæst. xv. sect. 1. punct. 2. §. 2. numer. 22. Hurtado dist. xviii. dist. 2. Diana, Villalobos, Layman, Palaus, Salinascentes, & alii communiter. Contrariam sententiam docet S. Thome in Supplem. quæst. ix. artic. 3. ad 2. Dicendum, quod in eo qui usum lingue non habet, sicut est mutus, vel qui est alterius lingue, sufficit quod per scriptum, aut per nutum, aut per interpretem confiteatur: quia non exigitur ab homine pliquam possit; quavis homo non possit, vel debeat baptisimum accipere nisi in aqua, que est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur. Sed actus confessionis est ab intra, & a nobis. Et ideo, quando non possumus uno modo debemus, secundum quod possumus, confiteri. Allert itaque Angelicus, quod non solum possumus, led etiam quod debeamus meliori quo fieri potest, modo confiteri. Neque attentionem suam ad mortis articulum limitat; sed absolute loquitur. Nec porro illius absolute doctrina applicanda est eventibus, prout rationabile videbitur. Rationi autem satis consentaneum apparet in gravi periculo vitæ, vel aliqua spirituali necessitate urgente; ut si per plures annos quis confiteri minime possit, & ex alia criminum multitudine pressus foret, medicinæ sacramentali summpere indigeret: rationi, inquam, consentaneum videtur, hunc Christianum debere, seu teneri, meliori quo possit modo confiteri; & consequenter etiam per interpretem confessionem peragere, ut anima sua undique verum vulneribus laucata consistat, eamque pristinè incolumitatem relinuat. Hic Caietanus pro contritionem, inquit, animæ suæ succurrere valet. Id fieri posse, quis ibit indicat? Ad contritio illa, caritatis ardore actus, necessaria ad culpam abolitionem, animæque sanctificationem domum est peccati, ad quod assequendum difficillime peccatores perveniunt. Qua de causa laudari Auctores attritionem, ex solo timore inferni conceptam, sufficere cum sacramento volunt. Summam difficultatem, non modo contritionis perfectæ, led etiam imperfectæ, que actuali saltem inchoatam caritatem adiunctam habet, opponere non desistunt. Cur nunc adeo facilem hæc producat contritionem? Si enim secundum sacre Scripture regulas loquendum nobis est, Deus dona sua

illis non imputari qui ea que viribus suis efficere possunt, reipia non prestant. Potest peccator per interpretem confiteri; licet cum non levi rubore, & difficultate. Qua ergo ratione ab hac confessione liberandus est? Quia lex confessionis cum tanto incommodo non obligat? At hoc ipsum est quod vocatur in controversiam. S. Thomas asserit, legem confessionis ad id obligare; ratioque, quæ suadere videtur. Ceterum, quia maior pars Theologorum oppositum docet; & ex alia parte ratio valida non occurrit; ideo a certa ferenda sententia abstinemus; solumque consilium, standum esse Div. Thomæ doctrinæ, quam quisque suæ salutis magno opere cupidus executioni, ut ego quidem arbitror, occasione data, certo demandaret. Ut tamen quod sentio iple, clarius dicam, ego a præcepto annuæ confessionis excularem eum qui nequirat nisi per interpretem confiteri; minime vero excularem a divino præcepto. Quare Sacerdotem celebraturum, & in peccato mortali existentem, ad confessionem per interpretem obligarem. Rationem iam iam assignabo.

XI. Quid porro de Christiano peccatore in mortis articulo constituto dicendum? Calentanus, Saxe, Galtropalaus, Dieaillius, Antonius a Spiritu sancto, Gabriela a sancto Vincentio, Leander, Ledesma, & alii docent, neque morte imminente, vi præcepti, siue ecclesiastici, siue divini, Christianum adflictum esse ad confessionem per interpretem. Suarez *disp. xxxvi. sect. 6.* habet opinionem vocat præceptibilem; atque quemquam tuto posse eam sequi: oppositam vero speculative veriorum, valdeque probabilem appellat. Subdit postea, quemquam tunc ex lege penitentiae, ut Deo lasciviat, tum ex debito caritatis, ut consilium suæ salutis, ad talem confessionem per interpretem adstringi. Quam sententiam duabus temperat regulis. Si homo probabilem habeat existimationem de sua vera contritione, excusari poterit ab obligatione consistendi per interpretem; quia talis confessio non videtur moraliter necessaria ad salutem. Si autem dubius foret de contritione sua, tunc teneretur confiteri etiam per interpretem; sed hoc in casu posset ea solum peccata confiteri que cum minori sua infamia manifestare valerent: neque enim integritas materialis confessionis necessaria esset. Ad integritatem materialem quod attinet, nulla est difficultas. Doctrinam Suarez adoptant etiam Salmanticenses *tract. vi. cap. vii. punct. 2. numer. 20. & 21.*

XII. Tam sententia que statuit, non teneri peccatorem, in mortis articulo constitutum, confiteri per interpretem, quam doctrina Suarez, nullo modo mihi probatur. Et ut a doctrina quam tradit Suarez, suspiceremur, salvo tanto Doctori debito obsequio, ea mihi falsa videtur. Lex penitentiae, & caritatis tenetur Christianus etiam per interpretem confiteri; absolvitur vero ab hac lege, si probabiliter putet se esse contritum? Etiamne in mortis articulo; etiamne in iis que necessaria sunt absolute, & ut dicitur, necessitate mediæ, probabilitas suffragatur? Anne fieri potest ut homo, peccati mortalis conscius, salutem assequatur sine contritione vera, que reipia talis sit? Nemo hoc dixerit. Porro qui probabilem solum existimationem habet de sua contritione, reipia decipi potest. Nec contritio existimata, nec iudicium probabile de contritione ad iustificationem sufficient; sed necessaria est contritio in re, & ut dicitur, in effectu. Nemo enim dixerit, posse quempiam per solum contritionem existimatam, absque sacramento, mortalium peccatorum sordes eluere. Probabile ergo iudicium de corde contrito in articulo mortis a debito confessionis absolvere nequit. Ex alia parte iudicium moraliter certum de eadem contritione difficillimum esse, in homine potissimum gravibus culpis obnoxio, nemo non videt. Consequitur ergo necessariam esse confessionem per interpretem in tali eventu. Et hac dicta sint contra probabilem contritionem, quam absque confessione per interpretem sufficere, Suarez, & alii post ipsum docent.

XIII. Ut vero expendamus sententiam que propagat, neque in mortis articulo vi præcepti divini quempiam teneri ad confessionem per interpretem; teneri vero subdilecti lege caritatis erga se ipsum, quatenus quisque obligatur reconciliari Deo, ne periculo æternæ damnationis se se exponat: ut, inquam, sententiam hanc expendamus, in primis quaerimus, quod fundamentum asserant Auctores illi, præceptum divinum non obligare ad confessionem per interpretem; ad eam vero obligare legem caritatis erga seipsum. Fortasse quia divina lex cum nostræ famæ detrimentum non obligat? Sed cur lex propriæ caritatis cum famæ eisdem detrimentum non obligat? Verum hæc obiter dicta sint; & ad id quod caput est, accedamus. Atque primum omnium candidè fateor, magni mihi ponderis esse auctoritatem tot Theologorum qui

qui negant, necessariam, esse confessionem per interpretem, siue vitæ tempore, ut impleatur præceptum divinum, sine in articulo mortis, modo supra explicato. Sed eadem ingenuitate fateor, rationem quam, ut id evincant, asserunt, mihi non probat; quam tamen valde exilium mihi videri. Nam ut unica ratio quod detrimentum famæ, quod confessionem per interpretem consequitur, quod lex divina non obligat cum detrimentum famæ, honoris, aliorumque bonorum.

XIV. Præceptum divinum non obligare ad confessionem cum gravi detrimentum, quod extrinsecus timetur, iple concedo. Nego vero, mecumque negabit omnis prudens, qui experientiam quotidianam consuluerit, tale detrimentum occurrere in confessione per interpretem. Quod ut clarius coniter, statendum est tanquam extra aleam disputationis positum, aliquod famæ detrimentum subeundum esse in confessione, quocumque modo fiat, siue per interpretem, siue directè in aures Sacerdotis. Id solum discriminis est, quod, si Confessor proxima peccatorem manifestaverit, penes duos cuiusdam famæ iactura fit. Nam uterque sigillo obstringitur. Et quamquam Confessarius peccatorem quoque metu, & sacramentali vinculo os obligatum habeat: nihilominus tamen etiam interpres gravissimo naturali sigillo ligatur; quod naturale sigillum tantam vim habet penes viros probos, quantum penes Confessarios sigillum sacrum: neque prudenter timeri potest interpretem revelaturum peccata que hæc via cognoverit. Præterquamquod peccatum valde enorme, vel contra bonum publicum vel aliud simile, reticere tunc temporis posset: neque enim necessariam asserimus in hoc casu integritatem confessionis materialem. Accedit quod mundus univèrsus sciet Confessarium, ita & interpretem, qui peccata hic cognita proderet, tanquam infamam, scelerum, & sedisragum execraretur, atque terra marique exterminandum decerneret. Ex quibus colligitur, famæ detrimentum, cui obnoxia est confessio per interpretem, non aliud esse nisi quod peccata, que aliqui debent esse nota uni, sint nota duobus. Hoc est totum illud damnum, hoc integrum detrimentum, quod tanto verborum apparatu exaggeratur, amplificaturque. Hoc autem detrimentum tanti minime est, ut a confessione per interpretem excusare, quemad-

modum ego quidem arbitror, valeat. Quoniam, admisso debito confessionis faciendæ Sacerdoti, parum refert quod uni, vel duobus peccata manifestentur. Quod iple manifestat, & quotidiana experientia comprobatur ad. Nonne homines Confessarios passim permittunt, & modo uni, modo alteri confitentur? Hæc potest per confessionem manifestant uni Sacerdoti omnia peccata que memorie occurrunt; crastina die peccata quæ, quorumve recordantur, per reconciliationem, ut vocant, alteri Sacerdoti revelant. Nec in mentem illis venit quod famæ propriæ iacturam inducat hæc peccatorum suorum manifestatio, duobus aut tribus Confessoribus facta. Quid plura? Aliquis in mortis articulo constitutus, aut etiam extra mortis periculum, ut impleatur divinum confessionis præceptum, confitetur sua peccata Sacerdoti. Hic viæ media confessione audita, repentina morte occumbit. Adest alter Confessor. Nonne hæc manifestata sunt peccata omnia? Quin, si & iste, quemadmodum primus, e vivis decederet, tertio Confessorio manifestanda forent crimina eadem. Quod confirmatur in eo qui peccata eisdem reservata sunt, si per iniquitatem reservari teus est, quive a Superiore licentiam petere haud, potest consistendi inferiori, quin duobus innoscatur, nempe Episcopo, & Confessorio; & tamen non propterea is ab onere consistendi liberatur. Et quamvis hæc licentia per Confessarium peti solet; nihilominus Confessarius ad id non tenetur, & libere hoc petitionis onus repulere valeat. Quia si absolute loquamur, intentio Ecclesiæ reservantis est ut peccatis, intentio adeat Superiorem, & ita fieri deberet. Posset etiam penitens ipsi Superiorem suam confiteri peccata, & Superior deberet eum audire. Sed passim propter occupationes, & negotia, aliaque causas, ad inferiores Confessarios illum remittunt. Tandem in mortis articulo quilibet Sacerdos potestatem habet absolvendi moribundum ab omnibus peccatis reservatis etiam Papæ, onere tamen imposto postea sistendi se Superiorem pro obtinenda absolute a censuris reservatis. Quod etiam fit sæpius extra mortis articulum, cum quis vel celebrare, vel Encharistiam sumere debet. Ipsa ergo manifestata experientia constat, passim Christianos manifestare duobus, & pluribus Confessoribus sua crimina, que uni manifestanda essent. Quod quamquam libere sæpius faciunt; attamen casus occurrunt, & occurrere non infrequenter solent, in quibus necessa-



cessario tenentur pluribus Confessariis peccata sua pandere.

XV. Hæc iustus disputata sunt, ut palam fieret, incommodum illud manifestandi duobus propria peccata, non esse, attempta experientia, & communi existimatione, adeo grave, ut excusare possit a divino confessionis precepto, potissimum in mortis articulo. Est dubio procul aliquod incommodum confiteri per interpretem. Quin concedo, plus quidquam incommodi asserere manifestationem peccati, interpreti factam, & confessori, quam duobus Confessariis: quia interpres extrinsecus se habet ad confessionem. At subdo, hoc maius incommodum compenari satis per reticentiam alicuius peccati peculiaris infamiae & malitiae, quam in confessione per interpretem licitam esse concedimus; secus vero in confessione directe Sacerdoti facta. Abique fundamento igitur amplificat, exaggerantque adversarii detrimentum fame, & honoris in confessione per interpretem; cum revera & absolute, & iuxta experientiam, communemque existimationem leve sit, vel non adeo grave, ut ad observantiam divini precepti eximere queat. Quare, licet verum sit, grave damnum vitæ, fame, honorumque fortune excusare a precepto divino confessionis, etiam Sacerdoti faciende; non inde tamen inferri legitime potest, ab eodem precepto excusare pariter confessionem per interpretem: quia falsum est eiusmodi confessionem simile grave damnum inducere.

XVI. Rationes quas hucusque proderimus, nisi me omnia fallunt, satis ostendunt, veram esse S. Thomæ sententiam, a qua non modo extraneæ, sed etiam doctæ recedunt. Resolvit S. Doctor loco laudato, confessionem faciendam esse etiam per interpretem, quia, *quando non potissimum modo, debemus, secundum quod possimus, confiteri*: quoniam præceptum confessionis, potissimum cum quis ad communionem, vel Missam habendam accedere debet, & animam habet gravi crimine inquinatam, maximi momenti res est. Si periculum profanandi sacramenti nisi ænimia celebrantis, vel communiantis per confessionem muneretur, & periculum lændæ fame per talem confessionem invicem comparentur; quique prudens, & pius iudicabit gravissimum illud, leve illud. Concludo igitur, necessariam esse confessionem per interpretem iure tum divino, tum

naturali omnibus in articulo mortis constitutis. Deinde subdo, necessariam eam esse, quoniam præceptum divinum implendum est: dummodo adit interpres prudens, & gravis, de quo nulla prudens suspicio haberi revelationis, seu naturalis sigilli fractionis, possit. Adde, in eiusmodi confessionibus per interpretem reticere posse, occasione data, aliquod peccatum enorme, & peculiaris infamiae. Potestimum habenda est personarum ratio. Communiter homines facillime peccata sua aliis communicant. Cur, amabo te, excusabuntur illi a confessione per interpretem, quando præceptum divinum servandum sit? Sunt alii qui peculiaris rubore, & verecundia suffunduntur in manifestatione suorum criminum. Illi omittere possunt ea peccata quorum manifestatio singularem asserit infamiam. Denique cur in his eventibus urgere non debet ratio quam sacra Tridentina Synodus profert, ut fidelibus animos ingerat ad confessionem frequentandam? *Ista vero huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata delegendi verecundia gravis quidem videri possent, nisi tot tantisque commodis, & consolationibus levaretur, quæ omnibus digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur*: sess. xiv. cap. v.

XVII. Obicit r. Valquez loco supra laudato. Si ad implendum præceptum divinum esset necessaria confessio per interpretem, necessaria quoque esset ad observandum præceptum ecclesiasticum: quoniam præceptum ecclesiasticum est determinatio præcepti divini, seu temporis designatio, in quo præceptum divinum obligare declarat Ecclesia. Resp. Consequenter negatur. Utique præceptum ecclesiasticum inuris divinis determinatum est. Ergo tante obligationis est præceptum Ecclesiæ, quantum est præceptum divinum? Illud manifeste falsa est. Habemus enim fundamentum prudenter præsumendi, Ecclesiam non obligare ad præcepti observantiam cum tanto onere. Quod fundamentum deest in observantia divini præcepti iubentis, sancta sancte tractanda esse. Adde, quod Ecclesia expresse videtur excipere confessionem per interpretem, dum præcipit ut poenitens singulis annis *solus* proprio Sacerdoti confiteatur. Quamquam, ut candidè fatear, præfata particula *solus* non est penes me exclamanti ponderis, ut ob illam solam exclamanda sit confessio per interpretem. Nam idcirco opposita videtur illa particula, quia

com-

communiter homines, non per alios, sed soli sua peccata confitentur. Tandem, ut plenissime meam sententiam promam, dico eos qui nulla, aut levi verecundia suffunduntur in manifestandis per interpretem propriis peccatis, teneri per interpretem confiteri, ut præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis impliant. Non me fugit, Theologorum neminem hanc meam docere opinionem. Sed neque rationem teneo cur aliquis possit esse impugnatore. Nam ideo dicimus, præceptum Ecclesiæ non adstringere ad confessionem per interpretem, quia huiusmodi confessio grave & peculiariter incommodum asserit. Ergo admilla hypotheti quod plures nullum peculiariter incommodum, præter illud quod cuique confessioni adnexum est, experirentur; qua ratione ab observantia præcepti liberi illi erunt? Nomen sublati causa, remaneret effectus? Nonne impedimento remoto, lex obligat? Hanc sane regulam servamus in illorum Ecclesiæ præceptorum explicatione. Præceptum ieiunii non obligat senes qui patiuntur peculiariter incommodum ob imbecillam valetudinem; at obligat alios sanos, & robustos, qui peculiariter incommodam non perferunt, ut graviores doctoresque Theologi docent. Cur prodigam in benignitate præsumere Ecclesiam debemus? Cur satis non erit ut cum illis benigna sit, & indulgens qui indulgentia ac dispensatione indigent? Anne eadem ratione infirmi, debiles, & sani regendi, ac curandi erunt.

XVIII. Obicit 2. Tridentinum *sess. xiv. cap. v.* declarat, præceptum divinum non obligare ad confessionem publicam, quamquam utriusque esse eam subdat: ergo vi præcepti divini minime obligamur ad confitendum peccata Sacerdoti alio audiente. Resp. Consequenter falsa sit. Synodus loquitur de confessione publica quæ coram omnibus alta voce fiat, quæve opposita directe est confessioni secreta. Confessio in aërem interpretis fidelissimi, & naturali sigillo obstricti, nullo modo publica est, sed secreta.

XIX. Obicit 3. Si scirem Confessarium vel sui revelaturum mea peccata, non tenerer eidem confiteri. Ergo neque teneor, quando alius præter Confessarium audire debet eadem peccata. Resp. Argumentum undique vacillat. Primum in articulo mortis, etiam cum tali scientia, lege caritatis propriæ quemquam teneri ad confessionem publicam, docent adversarii ipsi, quando

moribundus dabus de contritione sua esset. Quare in tali periculo constitutus, quando aliud malum non timeret præter manifestationem suorum peccatorum, aliter sollicitandam abique suo præiudicio, non excusaretur a confessione; sicut non excusaretur a confitendo peccato reservato Superiori manifestando. Deinde aliud est quod Confessor revelet peccata poenitentis etiam uni soli, cui ille voluerit; aliud est quod ipsemet poenitens seligat interpretem fidelem, prudentem, sigillique gravissimo ligatum. Er hæc dicta sint in defensionem doctrinæ S. Th. & ut ego arbitror, veritatis.

XX. Quæst. IX. *An qui non potest propria voce confiteri, quia mutus est, teneatur confiteri per mutus, vel scripturam?* Resp. Muti negant, ut Navarrus in *Manuale*, cap. 11. num. 36. Diana III. *Part. res.* 138. Sotus IV. *dist.* xviii. Valentinus Tom. II. *dist.* vii. *quæst.* xi. *punct.* 1. Fillucius tract. viii. num. 93. Henricus *Lib. III.* cap. iv. Armilla, Angelus, Ledesma, Ricardus, Vega, & alii. Hi omnes negant, debitum esse confitendi per scripturam; quando poenitens est mutus, vel Sacerdos lurdus; quia, inquit, scriptura est publicum instrumentum; & qui scriptis peccata confitatur, periculo perditionis scriptum se se exponit. Nemo autem cum tantum periculo tenetur ad implendum præceptum annuæ confessionis. Immo aliqui excusant poenitentem ab observantia præcepti divini ob descriptum periculum. Contraria sententia communis est, & vera: eamque docent D. Thomas in *Supplem. quæst.* ix. *artic.* 3. ad Caietanum *verb.* *Conf. condit.* 11. Sylvester *verb.* *Conf.* 11. *quæst.* xv. Petrus Soto de *Conf.* lect. xi. Paludanus in *IV. dist.* *quæst.* 11. Nugnus in *addit.* *quæst.* iv. *art.* 6. *diff.* 3. Vasquez *quæst.* xc. *artic.* 4. *duob.* 5. Suarez *disp.* xxxvi. *sec.* 6. num. 7. Bonacina de *sacram.* *poenit.* *disp.* v. *sec.* 2. *punct.* 11. cum Dicastillo *disp.* vi. *duob.* 14. num. 240. distinguit & asserit, poenitentem qui potest commode, & sine periculo per scripturam confiteri, ad eandem confessionem scriptam teneri; qui vero non potest, nisi cum periculo, & incommodo confiteri, a debito confessionis liberari. Huic doctrinæ subscribunt Salmanticenses tract. vi. *cap.* vii. *punct.* 2. num. 17. Verum Auctores isti non explicant quodnam periculum, aut incommodum satis fit ad excusandum poenitentem ab onere confessionis

nis annuo. Breviter ergo dicimus, quod si uti quando poenitens potest propria voce confiteri, tenetur per vocem ad confessionem; ita, quando potest confiteri per scripturam, urgente præcepto, ad confessionem scriptam adstringitur. Periculum quod allegat Bonacina, vel incommodum quod ex natura confessionis scriptæ oritur, quia nimirum incommodum est scriptis peccata prodere, aut quia antequam folio scripto est periculum amissionis, profecto nihil valet ad excludendam omissionem confessionis: tenetur enim subire & scriptiois incommodum, & onus custodiendi scripturam peccatorum, ut impleamus sive divina, sive ecclesiastica præcepta. Si autem periculum extrinsecus timeretur; puta, quia Confessarius prævidetur abusus scriptura, vel eadem scriptura ab aliis e manibus Confessarii surripienda metuitur; his in casibus poenitens ad confessionem non tenetur per scripturam; sicuti neque voce secreto confiteri adstringitur ille qui prudenter prævidet Confessarium revelaturum peccata audita. Tenetur ergo Christianus mutus per natus, vel Confessori surdo per scripturam manifestare peccata sua, ut impleat præceptum sive ecclesiasticum, sive divinum. Plura alia in tractatu de sacramento poenitentiae, potissimum circa obligationem frequentandi confessionem, & num liceat confiteri Confessario dilanti per epistolas, disseremus.

## CAPUT VI

*De panis impostis iis qui annua confessionis præceptum non implent.*

**D**randus in *IV. disp. XVII. quæst. XIV.* probabile esse cenet, non posse Ecclesiam punire hoc delictum: quia est occultum, ut in Ecclesia foro probari nequeat. Quam opinionem omnes fere Theologi, ut fallam, rejiciunt. Et fallit ratio evidens est. Nam sæpe transgressio istius præcepti evinci potest in ipso foro, ut cum homo in publico, & manifesto concubinato perfluit, cum vitas publice, & continenter exercet. Insipere potest Ecclesia attestationem exigere a fidelibus; & frequenter ostendi potest, tale peccatorem ad nullum Confessarium accessisse. Tandem, licet aliquando ex defectu probationis panis non possit eiusmodi transgressio, non hinc consequeretur eandem

pani non posse defectu iurisdictionis. Poenitentia duplex poena diluenda est. Altera est quæ censuram indigit ipso facto incurrendam absque iudicis sententia; & hæc poena Ecclesia plectere potest transgressores huius præcepti: quoniam transgressio externa est, licet occulta; ut constat de heresi externa, sed occulta, quæ in foro exteriori probari nequit. Altera poena est quam iudex, causa cognita, imponit: & hæc etiam poena multari potest præcepti istius violator: quia, licet non semper, frequenter tamen transgressio ista, ut dictum est, probari valet.

**II.** Inve communi nulla poena, ipso facto incurrenda, annuæ confessionis præcepti transgressoribus imposta est. Nam in cap. *Utriusque sexus* solum præscribitur ut transgressores arcantur ab ingressu Ecclesie, & priventur ecclesiastica sepultura. Quorum poenarum executionem iudicis sententia præcedere debet. In pluribus tamen diocesis Episcopi sententiam excommunicationis, ipso facto absque iudicis sententia incurrendæ, in transgressores vibrant.

**III.** Quæst. I. *An incurrant hæc poenæ excommunicationis qui utramque confessionis, & communionis, vel qui alterutrum tantum præceptum violant?* Resp. Excommunicantur communiter qui utramque, vel alterutrum non impleverint. Et hæc sententia communis est.

**IV.** Quæst. II. *An qui facit confessionem nullam, incurrat hæc excommunicationis poenam?* Resp. Sicuti per confessionem nullam nemo satisfacit Ecclesie præcepto, ut supra probatum est; ita incurrit poenas ab Ecclesia iniectas. Res ex se manifesta est. Nam Ecclesia imponit poenas transgressoribus præcepti. Qui facit confessionem nullam, respiciatur præceptum. Ergo subiectus est poenis latis in transgressores præcepti.

**V.** Quæst. III. *An pueri impuberes, non implentes præceptum annuæ confessionis, incurrant præfatas poenas?* Resp. Affirmative respondent aliqui; sed communissima sententia docet oppositum, nimirum pueros confessionem annuam omittentes, ante annum decimum quartum, vel duodecimum, neque excommunicationem incurrare, neque Ecclesie ingressu, neque ecclesiastica sepultura privandos esse: quia Ecclesia nunquam constituit pueros delicta similibus poenis plectere. Si tamen in aliquibus diocesis imponeretur hæc poena omnibus iis qui post octavum annum præceptum non impleverint, tunc

tunc & pueri poenam incurrent. Sed, quando talis clausula non apponitur, pueri excepti a poena intelligendi sunt iuxta communem ulum.

**VI.** Quæst. IV. *An meretricis, non implentes præceptum annuæ confessionis, incurrant excommunicationem synodalem, ceterasque communis iuris poenas?* Resp. Leander tract. v. *disp. 111. quæst. LVIII.* defendit, meretricis non incurrare dictas poenas; & laudat per hæc sua opinione Vivaldum, Zerola, Grassium, Rodriguez, & alios: quia Ecclesia, inquit, permittit miserum meretricis

statum; ideo non videtur dicendum, illas tam levera poena punire velle. Hæc ratio nulla est: quia plura permittit Ecclesia quæ impedire non potest. Quapropter probabilius est sententia affirmativa, scilicet meretricis subiectas esse huiusmodi poenis. Eam defendit Vasquez *quæst. xcii. art. 3. dub. 5. numer. 8.* Pagander *numer. 11.* Sa *verbo* Excomm. *numer. 4.* Lugo *disp. xv. sect. 7. numer. 143.* Ratio est manifesta: quia lex generalis est, nullusque a penis, quas imponit, transgressores excipit. Cur ergo excipiendi meretricis?

## DISSERTATIO II.

## DE QUINTO ECCLESIE PRÆCEPTO,

nimirum

*De sacra communione paschali.*

## PRÆLOQUIUM.

**H**OC quintum & ultimum Ecclesie præceptum brevi manu tractabimus, eo quod in tractatu de sacramento Eucharistie ex professo de sumptione dominici corporis, quantum divino mandato præscribitur, atque de illius frequenti uti actus sumus. Ea sola dumtaxat in presentia ediderimus que ad observandum præcepti ecclesiastici de annua paschali communione necessaria sunt. Quandoquidem sicut semel in anno confiteri, ita semel in anno Paschatis tempore Ecclesie corpus Christi sumere præcipit. Sub initium Ecclesie tanta erat fidelium pietas, & tanta dominici corporis fames, utique sacratissimi sanguinis sitis, ut opus minime fuerit illis sponte curantibus calcaria addere. Decurrit temporis caritas dereluit, pietas cessavit, Christianorumque disciplina ad extremum devenere laxitatis. Quare octavo Ecclesie sæculo, vel circiter illud tempus, necesse fuit ut Ecclesia suis mandatis fidelium sollicitam, & ioporem excitaret, eosque suis præceptis ad communionem cogeret. Gratianus *de consecrat. disp. 1.* laudat decretalem ex summo Pontifice Fabiano, in qua ter in anno communionem sumere fidelibus præcipitur. Eruditio omnes abdicant Fabiano Pontifici, qui tertio Ecclesie sæculo floruit, laudatam decretalem; eamque circiter octavum sæculum editam volunt. Textus decretalis eiusmodi est: *Et si non frequentius, saltem in anno ter laici homines communent; nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in Pascha videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini.* Sæculo tertio decimo, nempe anno 1215, in Concilio Lateranensi IV. præceptum hoc limitatum fuit ad unam quotannis communionem in Pascha percipiendam. De vi illius præcepti, deque fidelium obligatione ad illud servandum, pauca libabimus. Plura siquidem, ut diximus, dicenda remittimus ad tractatum de sacramento Eucharistie, ubi tum hereticorum errores, tum laxas adversus morum regulas opiniones recentebimus. Unica adversus hoc præceptum damnatum propositionem ab Innocentio XI. anno 1679. ob oculos fu initium dissertationis pono, que in ordine est 55. *Præcepto communionis annuæ satisfi per sacrilegam Domini manducationem.*